



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. Furtum in bonis naufragantium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

tionibus Pape ad Vniuersale Cōciliū futurū & quorū consilio vel auxilio appellatur. Appellatio est propriè de minore Iudice ad maiore prouocatio, proinde cū Pōtifax sit supremus Iudex & supra Conciliū Generale, meritò prohibetur huiusmodi appellatio veluti ridicula, & ut claudatur ianua ad omnes Pōtificū sētētias irridēdas.

III. Piratæ, Cursarii, Latrunculi maritimi discurrentes per mare Ecclesiæ Romanæ præcipue à monte Argentario vsque ad Tarracinum, itidem eorum Fautores, Receptatores, Defensores. Qui per mare Adriaticū & Thyrrenum ex proposito, seu officio rapinas, latrocinia, furta cōmittunt, non in fluminibus, aut alia ex occasione.

IV. Surripientes Naufragantium bona in cuiusvis maris regionibus & littoribus iactata, aut in insulis nauibus inuentā, Bona cuiusvis

vis generis v. g. vestes, pecunias fidelium, non infidelium v. g. Iudæorum, Turcarum, Apostatarum, Hæreticorum, adeoque qui hisce naufragantibus aliquid suriperet, non excommunicetur, sicuti nec ille qui fidelibus in fluminibus aliquid iniuste aecipit.

V. Nouas Gabe las vel pedagia imponentes, augentes, vel exigentes, præterquam in casibus à Iure vel speciali licentia Pontificis concessis.

Gabellas intellige nec à laicis v. g. studiosis. nec Clericis licite exigis solitis impositas vel auctas, ab iis qui carent autoritate imponendi, id est, omne publicæ pensionis genus, siue si rectigal pro rebus auctis adiectis soluendum, siue tributum ex proprio cuiusq; subditi solo in subsidium necessitatis Principi conferendum, siue Talliam, quæ iuxta proportionem fortunam,